



De lustrationibus in *Museo El Prado* habitis

<https://www.youtube.com/playlist?list=PLKrmgUVGAV0o9CeI3oZzne2IkRmYUpjeh>

INTERROGATA

Lustratio I: Iudicium Paridis
1. Quis tabulam depinxit? Quoto anno?
2. Quot deae in scaena cernuntur? Quot viri?
3. Quomodo appellabantur caligae alatae Mercurii dei?
4. Qui nuptias celebraverunt in Olympo? Cuius illi erant parentes?
5. Quis primum deam pulcherrimam eligere recusavit?
6. Quae bestia sub Minerva stat? Quae bestia apud Iunonem a dextera est?
7. Quae dona (munera) Paridi obtulit Minerva? Quae dona Paridi obtulit Iuno?
8. Qui puer Venerem complectitur?
9. Quam deam demum elegit Paris? Cur?
10. Cuius belli fuit initium iudicium illud Paridis?

Lustratio II: Tres Gratiae
1. Vbi natus est pictor Rubenius? Quoto saeculo?
2. Qualis erat indoles Rubenii?
3. Qui sunt parentes trium Gratiarum?
4. Scisne nomina aliorum Iovis liberorum?
5. Quid tres Gratiae repraesentant, quae sunt iis proprietates et facultates?
6. Quam deam tres Gratiae comitari solebant?



COLLEGIUM LATINITATIS

www.collegiumlatinitatis.com – collegiumlatinitatis@collegiumlatinitatis.com – facebook.com/clatinitatis – [@clatinitatis](https://twitter.com/clatinitatis)

7. Cur Gratiae saepe nudae depinguntur?
8. Cum quibus deabus Gratiae saltare solebant?
9. Nomina indica trium Gratiarum
10. Scisne alios greges dearum, quae trinae congregantur?

Lustratio III: Achilles repertus
1. Quoto anno haec tabula depicta est?
2. Quis re vera tabulam depinxit?
3. Qua in aetate pictorica numeratur huius tabulae ars?
4. Qui vir, specie feminea depictus, in media imagine gladium fert?
5. Quae dignissima femina in tabula excellit?
6. Duo mercatores a dextera stant. Qui sunt?
7. Cur Achilles occultatus est?
8. Quam ob rem Graeci Achillem quaerebant?
9. Quid inest in cista a mercatoribus oblata?
10. Vbi mortuus est Achilles?

Lustratio IV: Dapes Terei
1. Qui poeta antiquus fabulam Terei narrat? Quo carmine?
2. Quam regionem Tereus regnabat? Qualis erat haec regio?
3. Cuius dei Tereus filius est?
4. Quam feminam in matrimonium Tereus duxit? Quod nomen filio eorum erat?
5. Postquam Tereus Philomelam stupravit, quid ei fecit?



COLLEGIUM LATINITATIS

www.collegiumlatinitatis.com – collegiumlatinitatis@collegiumlatinitatis.com – facebook.com/clatinitatis – [@clatinitatis](https://twitter.com/clatinitatis)

6. Quod atrocissimum facinus Philomela eiusque soror commiserunt?
7. Postquam Tereus caput filii vidit, quid conatus est facere?
8. Quas in bestias feminae huius fabulae mutatae sunt?
9. Quid crista upupae significat?
10. Qui Graecus scriptor fabulam Terei narravit?

Lustratio V: Danae
1. Quis hanc tabulam depinxit? Quoto saeculo floruit pictor?
2. Vbi artem suam didicit pictor?
3. Cur tot itinera per Europam suscepit?
4. Quod est huius tabulae argumentum?
5. Vnde argumentum cepit pictor ad hanc tabulam pingendam?
6. Cur quasdam tabulas artifex nominavit "carmina"?
7. Cur rex Acrisius filiam gravidam factam esse nolebat?
8. Quomodo rex Acrisius fata eludere conatus est?
9. Qui deus formam propriam mutavit ut in turrim intraret? Quam speciem sumpsit?
10. Qualis est virgo? Qualis est anus?

Lustratio VI: Bacchanalia
1. Cum quibus aliis tabulis haec tabula cubiculum alabastri ornabat?
2. Quae sunt Bacchanalia?
3. Quid curat deus Bacchus?
4. Inter quas insulas numerari potest Andros?



COLLEGIUM LATINITATIS

www.collegiumlatinitatis.com – collegiumlatinitatis@collegiumlatinitatis.com – facebook.com/clatinitatis – [@clatinitatis](https://twitter.com/clatinitatis)

5. Quae avis cerni potest in arbore?
6. Quis uvas manu exprimit?
7. Quid agit puer in tabula depictus?
8. Quid agunt iuvenes vinolenti?
9. Quid scriptum est in litteris quae humi leguntur?
10. Vbi re vera relicta est Ariadna? Quis eam ibi reliquit?

Lustratio VII: Venus et Adonis
1. Quis iussit hanc tabulam pingi? Quoto saeculo?
2. Quod est ligamen inter Danaem et hanc tabulam?
3. Quot homines adsunt in tabula picta? Quae alia adsunt?
4. Quae arma in tabula picta cernuntur?
5. Quem ad finem utebantur cornu venatores?
6. Quomodo Venus aviam Adonis severe punivit?
7. Vnde natus est Adonis? Quae est reapse mater eius?
8. Qua in re excellebat Adonis? Quae dea amore eius ardebat?
9. Cur dea Venus Adonem retinere conatur?
10. Dic tres tabulas a Titiano depictas et in Museo <i>El Prado</i> sitas.

Lustratio VIII: Donum Veneris
1. Quot annos natus est Titianus cum tabulam depinxit?
2. Qui titulus erat libro Philostrati ex quo Titianus argumentum cepit?
3. Quid significant Cupidines hac in tabula picta?
4. Quo in loco agitur scaena?



COLLEGIUM LATINITATIS

www.collegiumlatinitatis.com – collegiumlatinitatis@collegiumlatinitatis.com – facebook.com/clatinitatis – [@clatinitatis](https://twitter.com/clatinitatis)

5. Quod pomum sustinent amores et qua de causa hoc pomum sustinent?
6. Describe ornatum cistarum quae humi iacent
7. Quae bestia depicta est in tabula et cur?
8. Quid duae feminae a dextera agunt?
9. Quis in tabula desideratur?
10. Quot homines in tabula picta cernuntur?

Lustratio IX: Mors Viriathi
1. Quis hanc tabulam depinxit?
2. Quem populum Viriathus rexit?
3. Quoto saeculo Viriathus vixit?
4. Quid scripsit Appianus de Viriatho?
5. Quomodo dispositi sunt homines in scaena?
6. Vbi iacet Viriathus?
7. Qui colores excellunt in tabula picta?
8. Quis scripsit versum illum "Graecia capta, ferum victorem cepit"?
9. Qui consul mortem Viriathi imperavit?
10. Quomodo consul Romanus amicis Viriathi persuasit ut eum necarent?

Lustratio X: Cincinnatus.
1. Num tabula picta res mythologicas attingit?
2. Quis fuit Cincinnatus?
3. Quomodo appellabatur aetas in qua renovantur artes classicae?
4. Vtrum laeti an tristes homines in tabulā depinguntur?



COLLEGIUM LATINITATIS

www.collegiumlatinitatis.com – collegiumlatinitatis@collegiumlatinitatis.com – facebook.com/clatinitatis – [@clatinitatis](https://twitter.com/clatinitatis)

5. Num Roma saeculo V a.C. in pace versabātur?
6. Quem honōrem habuerat Cincinnātus ante dictatūrā? a- consul b- tribūnus plebis c- rex d- imperātor
7. Cur multātus est Cincinnātus et possesiōnes amīsit?
8. Postquam pauper factus est Cincinnātus, quid ille faciebat trans Tiberim? a- pecora curare b- agros colere c- servos vendere d- bestias venāri
9. Cuius rei est signum equus ille? Cuius rei bos?
10. Quando Cincinnatus dictaturā sese abdicavit? Quamdiu illam gessit?

Lustratio XI: Senecae mors
1. Quis hanc tabulam depinxit? Quoto anno?
2. Scaenae colores describe
3. Qui viri in imaginem prodeunt? Quae erat eorum philosophia?
4. Quis erat Nero? Quid fecit? Indica scelus maximum et horrendum
5. Quis iacet in balneo? Corpus eius describe
6. Scribe Senecae aureum dictum et converte in sermonem tuum
7. Quid significat corona in imagine, quid vas?
8. Quid nuntiavit centurio?
9. Quid nobis Seneca legavit?
10. Quid significat proverbium “verba movent, exempla trahunt”?

Lustratio XII: De morte Lucretiae
1. Quis hanc tabulam depinxit et quoto saeculo floruit?
2. Quibus rebus auctor Italos imitatus est?



COLLEGIUM LATINITATIS

www.collegiumlatinitatis.com – collegiumlatinitatis@collegiumlatinitatis.com – facebook.com/clatinitatis – @clatinitatis

3. Quae est femina media in imagine depincta? Eam describe
4. Quis tunc temporis urbem regebat?
5. Duo oppida nominantur: quae sunt? Suntne procul a Romā?
6. Quomodo iuvenes nobiles otium terebant? Quomodo Lucretia?
7. Quomodo Sextus Tarquinius Lucretiam petiit?
8. Scelere consumato, quid fecit Lucretia?
9. Quid describitur in tabula picta?
10. Quot viri in scaena depinguntur? Qui sunt? Scisne nomina eorum?